



libum, i. *subs. n.* NON 211.31 (30). Liba generis neutri. **FORMA** *m.* libus NON L.11. deinde surgat, faciat libos quattuor; et infra: libos duos ad dextram et duos deuexos. **ETYM** libare VARRO Ling 5.106. libum quod ut libaretur, priusquam essetur, erat coctum. 7.43. liba quod libandi causa fiunt. *et uide b; perperam* ISID Orig 20.17. liba dicunt, eo quod libeant et placeant. **DLAT** libarius. [**FREQ** humilis **46**^{indicia} **2,8**^{/d.c.m.} **234-149** CATO] uocabulum scriptis litterariis omne genus praeter dramaticos, praecipue lyricis satiricisque, aptum; omnibus usibus, praesertim doctis, multo magis uersu quam prosa; et technicis ad agri culturam pertinentibus quandoquidem inuenitur; inde ab initiis apparet, quippe uerbum certe Romanum, magisque saec. I-II aec. usitatur.

VARIATIO		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
OPERUM	argumentalis	4	0,56
	lyrica	10	35
	narratiua	11	2
	satirica	5	26
	exponens	16	5,4
DIACHRONICA	III-II aec.	1	2,5
	I aec.	8	2,9
	I-II ec.	19	4,9
	III-V ec.	18	1,9
DIAPHASICA	docta	19	9,1
	media	23	1,6
	quotidiana	4	7
DIASTRATICA	litteraria	43	3,1
	technica	3	1,1
MODUS	prosa	16	1,1
	uersu	30	15

¶ **a1** opus pistorium designauit e caseo, farina ouisque concinnatum, quod melle consumebatur; caerimonialibus sacris intererat, praecipue ad agri deos et Manes pertinentibus • *designó una torta o pastel, hecho con queso, harina y huevo y que se consumía untado con miel; era utilizado frecuentemente en rituales religiosos, y entre estos sobre todo los relacionados con divinidades campesinas y con los dioses manes* [**HYPER** opus pistorium caerimoniale **DOM** opus pistorium sacrum dea, deus, diuinus, sacerdos; sacris agrariis usitatum rusticus; per annua festa offertum annus, natalis; opus pistorium dulce mel, melleus, mellitus; calidum apponebatur fumans] **234-149** CATO Agr 75. Libum hoc modo facito. Casei P. II bene disterat in mortario. Ubi bene distriuerit, farinae siligineae libram aut, si uoles tenerius esse, selibram similaginis eodem indito permiscetoque cum caseo bene. Ouum unum addito et una permisceto bene. Inde panem facito, folia subdito, in foco caldo sub testu coquito leniter. **42-39** VERG Ecl 7.33. Sinum lactis et haec te liba, Priape, quotannis exspectare sat est: custos es pauperis horti. **37** VARRO Rus 2.8.1. uenit ... libertus, qui dicat liba absoluta esse et rem diuinam paratam. **34-30** HOR Sat 1.10.10. ut ... sacerdotis fugitiuus liba recuso: pane ego iam mellitis potiore placentis. 2.7.102. Nil ego, si ducor libo fumante. **5** Ov Fast 3.670. fingeat tremula rustica liba manu, atque ita per populum fumantia mane solebat diuidere. **50-60** CALP 2.65. Nos quoque pomiferi laribus consueuimus horti mittere primitias et fingere liba Priapo, rorantesque fauos damus et liquentia mella. **330** ARNOB 7.25.2. inhaeremus, cupientes addiscere, quid cum pultibus deo sit, quid cum libis. **385** AUS Eph 2.12. nec tus cremandum postulo nec liba crusti mellei.

liba et placenta non multum differre uidebantur, at liba sacra erant • *no parecía existir mucha diferencia entre liba y placenta, si no es porque los primeros tenían un uso ritual* **37** VARRO Rus 2.8.1. cum haec loqueremur, uenit a Menate libertus, qui dicat liba absoluta esse et rem diuinam paratam. ¶ **SERV** Aen 7.109. liba autem sunt placenta de farre, melle et oleo, sacris aptae. Buc 7.33. liba placentas. ISID Orig 20.17. Placentae sunt quae fiunt de farre. Quae alii liba dicunt.

genio natali sollemne praecipue offerebatur • *y es que el libum era por excelencia el pastel que se dedicaba en los cumpleaños a los manes, concretamente al genius natalis* **50-19** TIB 1.7.54. huc ades et Genium ludis ... tibi dem turis honores, liba et Mopsopio dulcia melle feram.

immo per annua post mortem alicuius • *e incluso continuaban ofreciéndose en los aniversarios de la muerte de alguien* **380** AUSON Par 24.4. Paulini manes mecum ueneratus amicis inroret lacrimis, annua liba ferens.

et Priapo aliisque rusticis numinibus offerebatur; quae omnia ad origines protrahunt cum Romani agricolae praecipue erant • *y aparece también utilizado como ofrenda a Priapo y otras divinidades rurales; todo ello nos habla de una costumbre ancestral y propia del primitivo mundo campesino romano* **5** Ov Fast 1.670. pagum lustrate, coloni, et date paganis annua liba focis. **50-60** CALP SIC Ecl 2.65. Nos quoque pomiferi laribus consueuimus horti mittere primitias et fingere liba Priapo, rorantesque fauos damus et liquentia mella. **84-85** MART Epigr 10.103.8. quattuor accessit tricesima messibus aestas, ut sine me Cereri rustica liba datis, moenia dum colimus dominae pulcherrima Romae.

a2 et opus pistorium tale sed minime sacrum designauit • *fue utilizado para designar una torta como la descrita sin más uso que el alimenticio* [**HYPER** opus pistorium **SIM** ⁂placenta] **84-85** MART Epigr 3.77.3. Nec mullus nec te delectat, Baetice, turdus, nec lepus est umquam nec tibi gratus aper; nec te liba iuuant nec sectae quadra placentae.

b in fine Antiquitatis; ab etymologia tractum **CHRIS** uini libamen • *libación de vino* [**HYPER** ritus^a **SIM** ⁂libatio **DOM** sacrificium, fundere] **390-406** VULG Num 15.5. et uinum ad liba fundenda eiusdem mensurae dabit in holocausto siue in uictima per agnos singulos. VULG Leu 23.12. libamenta offerentur cum eo duae decimae similiae conspersae oleo in incensum Domini odoremque suauissimum liba quoque uini quarta pars. 15.5. et uinum ad liba fundenda eiusdem mensurae dabit in holocausto.

agere liba. quasi libare • *hacer una libación* **348-410** PRUD Cath 5.140. Extructoque agimus liba sacrario.